Parturit humanos motura tonitrua ſensuſ, Extralusq; ruit flāmasq; & fulmina iactat. Quis iuga & aeriē labunt culmina turris. Ex illo ſuperas te princeps fleſtere ſedes Credidit, his telis quondam obcegata vetuſtas Quæ coluit lapides, q̄ diro armata veneno Portenta auratis templis male ſana dicauit. Sed mortale genus miferū miferac̄ retentū Compede te ſpernit, quē ccelū elemēta ſequūt, Cui parent venti, cui ſemp fulmina & imbr̄es Auscultat, dictoc̄ adſunt cū grandine nimbi, Atq; etiam rores, nubes, gelideq; pruinę, Que illis ppetuo pſcribis, iura capellunt. Mortales nimiū i grati, qui iuſſa tonantis Spreuiimus, illecebras & blandimenta ſecuti, Que pater in plēm primo transmiſit ab æuo, Cui locus eoi non longe a finibus orbis Ponit, aerio p̄cellens culmine nubes. Illuc nec plantis ſoelicibus officit Eurus, Nec pluuijs Auster nimijs violentus inundat, Nec gelidi labes Rhipheā Aquilonis adurit. Exulat hybernis nox intempeſta pruinis, Nec candens potis eſt illuc admittier eſtus, Veris, & autūni concordi ſcedere leges Seruant, floresq; noui de gramine manant, Semp & æterno pmuntur ſtipite fructus, Canaq; diſfundit ſerratas messis aristas, Pandit & ingentes ſemp vindemia botros, Semp & alternis natura & honeſta voluptas

is in qua  
amboniq;  
Pſſalms  
alii conve  
mā pñm  
S̄p̄c. of Al  
nam & cer  
ra, & vice  
Interſe  
Ociā  
Dencī  
Pro  
Orfa  
Pape  
Bland  
Simp  
Fronta  
Ludit  
Arni  
Cir  
In  
E  
In  
Q  
Pap  
Arbo  
Pſſeb  
Hanc  
Causa  
Ilemaſ  
Corinſi  
Tumpan  
Humani  
Gulphi  
bonelli  
Eduard  
Eduard  
cibus  
deliciis  
neſi cap  
nas & trub  
donec reue  
ſex capuſio

nis, in qua sit aeris perpetua tranquillitas. ¶ Flores felici e gramine, nam locus ipse Damasceno authore, et patissimo, tenuissimoque aere circumfulgebat, spicq; floridas, platarum coma vestiebat. **Virtutes** ¶ Pietasque recens. Virtutes sub nois feminas describimus, quod qua ratione fecerimus, tum ex alijs commentariis, tum ex ultimi annotamentis hymni conspicies. Si enim in deum erat parates primi anno perit, simplici cultu, si non potius nullo, nam & nudi erant, viuidaque & floridissima aetate & spe. ¶ Ast nimum rigidae, nondum enim mors erat, poterat enim Adamus non moriri voluisse, nam & aer, ut anno dictum est, tempatissimus erat in paradyso, quo extrinsecus offendit non poterat, & vita lignum aderat, quod in eius fuit facultate, non peccasset, & humor, cuius pabulo natu-

Inter se certant, longe metus omnis & ira  
Ocia non subeunt, sequaeque cupidinis cestrus  
Dejectus, pietasque recens ad sydera palmas  
Protendens facilis felicia secula iussu  
Orsa, chaos tetur ridet, perfecta iuuentus  
Perpetuum meditata genus pro opaca vireta  
Blanditur sibimet, sibimet spes florida gliscit  
Simplicitas adopta comam velata pudorem  
Frontis & agresti strophio succincta papillas  
Ludit candidulas inter iucundas sorores.  
At nimum rigidus dira inclemencia mortis  
Circuerabat iners medio nam consita campo  
Inter frondentes platanos, myrtosque salubres  
Et virides inter laurus, oleasque, pyrosque  
Inter odoratos felicia germina citros  
Quis etiam veteri consurgunt precoqua pomo  
Poma nouo placidi flatu rediuiua Fauoni.  
Arbor erat felix, fructus quae leta volemos  
Prebebat vite, vitamque in saecula propagans,  
Hanc, prope surgebat ramis stondentibus arbos  
Cuius erant hominis prescripta obsonia gustu,  
Ille tamen vetitum facinus commisit amatæ  
Coniugis obtentu stygio suadente dracone.  
Tum pater omnipotens excludit sede beata  
Humani patrem generis, profugumque retrudit.  
Cui spinas, tribulosque parit iam Dedala tellus  
Spontes sua, victum duro sed fossa lacerto  
Præbet, & immitti semper lacerata ligone.  
Ex illo, labor, atque operum patientia manat

cibus surrepere presa prunis. ¶ Amatæ coniugis obtentu, secundum illud sacrum, ne contristaretur delicias suas. ¶ Cui spinas, tribulosque dictum est homini a deo post peccatum, in tertio Genesis capite. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cum multis diebus vite tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrenas. i sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de quæ scriptus es, sed atea nullo penitus labo remaceras, & si ei secundum Geneam capi, scriptum est. Positum a deo hoiem in paradyso voluptatis, ut oparetur & custodiret illum, itelli-

ralis calor virtus, quibus potuisset effugere senium. Nec aderat que nocere posset aialia, namque irrationalia dñi, & bruta, locum ipsum non inhabitat, auctore Damasc. tametsi diuino illuc nutu fuerit adducta, quibus noia Adamus ipo neret, & serpens opatœ demona illuc irrepsit, tum & suberat eum iperio, nec parere recusassent aialia, si ipse atea deo paruisset. ¶ Myrtosque salubres, quam medicina vim habent, auctor est Diogenes corides, qui inter cetera prodidit domesticam Myrton nigram, maxime & montanam, cum vino mederi φαλαγγιο Ληκτοισ και σκοριοπ Ληκτοισ. hoc est a phalangio morsis, & scorpio ne percussis. Mitto plura quod Plini. xy. & xxiiij. lib. nat. histo. de Myrto scribit. ¶ Quis etiam veteri addim hoc ut notarem illa Homeric carmina, quibus in Odyssea hortos regis descripsit Alcinoi, qui ipsi, inter yeden dñi in nostrâ lingua Iustini martyris librum pariter ytimus. eam ydrio hortis pro vireti imaginem sumpsisse Homer ex sacrificiis literis de paradiiso terrestri decernentibus, ipse martyr asseruit quod at diximus precoqua, nonnulli pre cocia dixerunt, secunda produta, seruauimus ipsi analogiam ybi, & syllabæ quantitatē, quam & Martialis seruauit, & Calphurnius. ille, Vilia maternis fueramus precoqua ramis. Calphurnius ydrio in Bucolic. Insita pre-

Myrtus

## HYMNVS

gitamen id ybum, operandi & custodiendi, bisariam posse, voluit & Augustinus & Thomas, atq; ad deum & hominē possere referri, nam & in homine iustificando deum inquiūt operari, quo cessante illum obtenebrescere, quemadmodū amota luce, tenebris aer obducit. Custo-  
dire ylo illum a corruptōe & malo, q; si opatio ipa & custodia ferat homini accepta, opa-  
rōem ipam nihilominus laboriosam nō esse, quēadmodū peccato ppetrato, sed iucundam  
ob experientiā virium naturae. Custodire quoq; paradisum non ab hoste, aut fure, sed sibi  
ip̄i, ne illum peccando dimitte-

Dædala  
tellus.

ret. dictum aut̄ a nobis tellus Dædala, alludendo ad veteres, q; & terrā Dædalam, ut Lucretius, Palladem Dædalam, ut Ennius, Circem Dædalam, ut Vergilius, ne alios citē, vocauerūt. Dædalū aut̄ id quod ingeniosum & varium summebat, vnde & fabro illi decātato, nomēfuisse Dædalū qdā putarūt, q; q; sunt q malint ab eius nomine, q varia pollebat inuentōe, Dædali nomē alijs rebus cōmunicatū. id āt quod de parēte diximus & nouerca ad illud Plinij referimus, de q agit in septio. ¶ Et vario subiūt, nam & intrinsecus & extrinsecus mille causē mortem fere semp intentant, & si eas vitaue rimis, vnam tñ effugere non possumus, quam inuehit senium, indeq; necessitate naturae excedimus vita, cū nihil relin qui humidi illius, quē vitalis fructus ligni sufficiasset. ¶ Nā postq; extorris, n̄ nullæ subdunt mortis causæ, q extrinsecus adueniūt, vbi em primus parēs pulsus est e paradise, deus collocauit (ingt Moses) an̄ paradise voluptatis, cherubin & flāmēū gladiū atq; ysailem, ad custodiendā viam ligni vitę. ¶ Amissum imperiū sed & imperiū quod hō habuit in bestias, amissum est pecatō. adeo em nō obediūt hōi feræ, ut & insidient & noceāt, cuius rei afferimus exēpla, & ex aqua pariter & terra, & aere excursu quodā, ut ostēdam, rebellasse pecudes hōi, q deo rebellari. ¶ Quin etiam corporis, non modo autem pecudes homini postq; peccauit indexerunt plia, sed & in ipo homine crudelius multo pugnatū est, nam sensilis eius pars, aduersus rōnalem insurrexit, & caro ipa rebellauit mēti, q deo ātea rebellari, q de re August, & ceteri theologi multa differuerent.

Ex illo coepit tellus scœua esse nouerca,  
Quæ fuit ante parens, ex illo cura, famesc̄  
Humanū pressere genus, morbiq; metusq;  
Venere, & vario subiūt mors improba gressu.  
Nā postq; extorris, summoq; e culmine lapsus  
Terrenus genitor, postq; romphæa tremendi  
Præsidis omne aditū foelicis destruit horti  
Atq; elata truces cinixerunt moenia flammæ,  
Amissum imperiū est, quo cāpi armēta virētis  
Quo coeli volucres, quo vasti bellua fluctus  
Cessissent homini, tumq; omnis turba ferarum  
Multiplici assultuq; horrenda, & voce rebellis  
In genus humanū struxit crudelia bella.  
Hinc leo marmaricus Libycas dū calcat harenas  
Institor horrisono fremituq; & ybere caudæ  
Colligit, & subito collectas exprimit iras,  
Ingeminatq; necem dentisq; vnguisq; cruentis  
Atq; Hyrcana fero pastore tigris hiatu  
Deuorat, & miseri crepitat subdentibus artus.  
Hinc vndis pelagi iactatus nauta, carinæ  
Demersu, monstris subito fit præda marinis.  
Atq; hinc humanos oculos & viscera vultur,  
Nigrantesq; petūt piecta cadauera corui.  
• Sic genus omne auiū & pecudū, gen' oē natātū  
Infestū est homini spernenti iussa tonantis.  
Quin etiam corpus stygio de somite traxit  
Aduersas menti vires, subitoq; rebellis  
Extitit infenso cupiens contraria nisu.  
Namq; rebellarat mens ipsa, & vindice poena  
Actutum expta est pugnacem liberasenſum.

## PRIMVS

## XIII.

Cuius & aduersæ vires. Vires autem ipsæ corporeæ, non solū mentis viribus sunt aduersæ, sed inter se quoq; decertant, quo sit ut mortis quas diximus causas inuiti persentiamus, & suggestum menti virtutia sensiles ipsæ potestates, remur muratæ cū bonū ipsa molit. quare dixit Ap̄lus, uidere se aliam legem in membris suis, repugnantē legi mentis suæ, cōsentienti yō sēpenumero in malū, cū trahit stimulatur ve animus, a sensu ad cōmittēda flagitia, quo sit, ut & libidine, & inuidia & malis cæteris, mūndus abūdet, ex qbus violenta mors pdit. ¶ Ferro illatae, non synaloepha abiçit hoc loco. o. qd mille exēplis patet, & prēcipue Vergilij & Lucretij. ¶ Nā primū pfugus genitor, exemplis pbat quod an narratū est, & a primo hoie exordientes, funestam eius domum, seu maus spelūcam, agnouimus, cum a Chaino ex inuidia occisus est Abel iustus, mox & paulatim ex habendi dominādīq; cupidine, & lites & iurgia, & bella & cædes adoleuere, q̄ om̄ia ex cursu qdam enarrant. ¶ Fraterna cæde nouales. Noualis Noualis q & nouale, dī ager q̄ primo Nouale est pscissus, de hoc Hierony. in cōmentarijs Oseae. Nouale est ager nunc primū pscissus, qd & in libris Decretaliū tralatū est. Festus yō scribit, q̄ noualis est ager noue relictus semeti. Noualia appellantur a Seruio, loca vñ silua tollit, & noua rura, q̄ p singulos annos renouant, in ipso autem initio colēdi agri, in ipsoq; agro, occisus Abel, cumq; essent in agro, in q̄ Moses, cōsurrexit Chaymi aduersus fratrem suū Abel, & interfecit eū. ¶ Populis cognomina. Ut supra de Sicilia & Italia. Verg. Tum matius Aponiae & gentes venere Sicanæ. Sæpius & numē posuit Saturnia tellus. ¶ Quin & terrigenæ.

Cuius & aduersæ vires, aduersa minantur,  
Inq; vicem bellant, morborū hinc mille caterue  
Tristiaq; incuruæ surrepūt damna senecte.  
Quę tristi reserat morti sequissima claustra.  
Inde metus, terrorq; & cura immanis habendi  
Et fraus & ficti mores, & pallida semper  
Inuidia, & rabies Veneris male sana nefandę,  
Inde neces ferro illatę, inde aspera bella.  
Nam primū pfugus genitor spelæa ferarum  
Dum peteret, victūq; sibi vatisq; pararet  
Callosis nitens manibus, multoq; labore,  
Non potuit nati non tristia funera chari  
Aspicere, & madidos fraterna cede nouales.  
Paulatim lites creuere, & iurgia, & agri  
Pugnatū est parui multū p limite paruo.  
Divisa imperia, & populis cognomina mille  
Indita, & ex puncto primo nomine gentis  
Inductū est, multo quęlitū sanguine nomen  
Quin & terrigenæ cœlū sperare gigantes  
Cœpere, & summo votis certare tonanti,  
Cū superas vecta est Babylonica turris ad auras  
Et confusa modis restarūt impia miris  
Labra, nouosc̄ aditus mens cōsternata petiuit.

nec hominibus solū hoies ex p̄ctō fuerunt infensi, sed ip̄i p̄pmodū deo bellicū cecinere, vbi eis cōuenit, ut ciuitatē & turrē ædificarent, cuius culmen vsc̄ ad cœlum ptingeret, quēadm̄ dum in. xi. libri Genesis capite narratū, dictū aut̄ gigantes id tentasse, qm̄ & gigantes primo illo tempore fuisse, in sacris literis legimus. & gentes ipsæ gigantes bellū indixisse Ioui non aliūde traxerūt, primus em q̄ de eis cecinit Homerus. Perotū & Ephialten allegoria qdam, turris ipsius ædificatōem ostendit. si Iustino philosopho & martyri credimus, cuius pene yba, de eius quē in latinū ytimus libro, & Homericos etiā quos citat ysus, in nostrā linguā pariter translatos subiçiam. si q̄s yō turris ædificatōem cōtemplari voluerit, cuius structura, tempestatis illius hoies, aditum sibi in cœlum parare posse putauerūt, certior vtq; fiet, & hanc ipam Perotū & Ephialten allegoria quadā poetā imitatū, de illis em ita cecinit. Hisiqdem bellum de cernūc̄ pete magno Coelicolis, Ossam statuūt pponere Olympo. Et folijs tremulū cōponere Pelion Osse Terrestris celsū ut reseraret semita cœlū. Hęc ip̄e Iustinus. ¶ Et confusa modis, in ea-

D

## HYMNVS

pro Sena a scriptū est a Moše, cōuenisse tēpestatis illius hoīes, ut turrim illā ædificaret, dñis oīos  
illos, q̄ op̄iint̄ debat̄ a deo in vniuersas terras. subiectūq; est vocatum nōmē loci illius Babe-  
li, q̄a ibi cōfusum esset labiū vniuerſat̄ terræ, & inde displos eos a dñō sup faciē cūt̄ar̄ regio-  
num. ¶ Vnde Schytā, vagan̄ & Libes & Schytæ, & pascua q̄ritant subinde nouia, ut eorū ar-  
matis, in vasta illa cōpoī latitudine, pabula ministrerū & ob id vtraq; in ora Nomades ex re-  
īpa nūcupati. hos diximus nō intelligi cū loquunt̄ ab accola Hydaspis, hoc est orientales non  
cōicant̄ lingua cū h̄s, q̄ meridi-  
onalē incolūt̄ plagā, ad quam  
porrecta est Libyæ, nec eis pa-  
riter voce cōueniūt̄ q̄ ad Ar-  
ctō ptinēt̄, sub qua iacet Scyth-  
ia. Nec itē Syri Orontis acco-  
lē, eos q̄ ex occidēte illuc pḡit̄  
qđ sibi velint voce p̄cipiunt̄.  
multæ at̄ Scythar̄ gētes, nā &  
i Europa & Asia degūt̄ (ut ser-  
tur) qđq; habitant Mæotim, ut  
Dionysio & alijs placuit. Scy-  
thæ vocāt̄, Herodoto placuit  
trans Tanaim nō esse Scythes,  
ad indū eos etiā posuit Diony-  
sius Libys, canens Ιωλον Παρ-

### Scythæ.

Vnde scythāq; libynq; vagos nō nouit hydaspis  
Accola, nec mollē lymphā q̄ spectat Orontis.  
Et p̄ odoratos Arabas seu cynnama carpit  
Occiduo nouit quos illuc ptulit orbe.  
Auri sacra famē p̄ mille pericula ponti  
Peroz venenat̄ ter mille pericula terre.  
Mox foeda immisti passim connubia tentant̄  
Et peragit quodcunq; placet male sana libido;  
Propterea omnipotē versis coelestibus vrnis  
Et magni ruptis pelagi, & fluitantis abyssi  
Fontibus īmergit pecudesq; hoīesq; subvndis,

### Orontes

ΠΟΤΑΜΟΥ ΒΟΤΙΟΙ ΟΧΥΛΕΙ ΕΥΓΑΙΟΥΣΙ. sunt & Chimerij ex Scythica ḡt̄ Dionysio & alijs, & eo-  
dem censem̄ noīe, q̄ Cheroneum Tauricā inhabitat̄. h̄c Tauroscythæ dicti, a Tauro boreali  
mōte, quē esse p̄tem oriētalis Tauri, nō par̄ multi voluere. Sunt & Scythæ populi Thraciæ,  
q̄ & Nomei dicebant̄ Stephano, Eustathio, alijs auctoribus, dicti aut̄ Scythæ, vel qm̄ Οχυτη  
i. pelles induerent̄, auctore Eustathio, vel απ̄ Οχυτη. i. rumpi aio & irasci, iracudi em̄ p-  
hibent̄, vel a Scytho Herculis filio, ut ipi Eustathio & Stephano placuit, habebant̄ & socordes  
vñ in admiratōem venit. Anacharsim ex eorū ḡnē sapientē fuisse, cuius rei pleriq; mētōem fe-  
cerūt̄ de Libya in sequētibus interptamētis dicturis sumus, & de Hydaspe nō nihil. Oronites at̄  
de quo etiā al̄s, Syriae fluuius, cuius aquā mollē vocauimus, qm̄ ex eo luxū in Italā venisse, et̄  
demq; fluuiū in Tyberim influisse cecinerūt̄, p̄ Apamæo fluit regionē ab oriēte in eaua Sy-  
ria natus & mersus sub terrā, post emergēs qđ & alijs cōtigit fluminib; plabit Antiochiā, nō  
ut Tarsum Cythūs, sed potius eā p̄terfluit, ut inq; Eustathi. eī antea Typhonē dictū, ob fabu-  
la Typhonis fulminati, mox nomē accepisse Orontis, ab eo q̄ ēripas ponte coniūxit. Stra-  
bo cōfirmat̄, hiatū facit inter Apameā & Antiochiā, cui Charybdis nomē (ut inq; Eustathi.  
& in mare Seleucia defert̄. ¶ Et p̄ odoratos arabas. Cynamomū qđ & cynamomomū dr̄, aucto-  
re Plinio, in Arabia nasci, pditū est, qđq; Arabū authoritate scripsit Herodot. locū & modū q-  
gignat̄ incomptū esse, nisi fabulosa qđam cōiectura Alitib; qbusdā cōstrui nidos, pdit ex  
luto in cacuminibus montūt̄ inaccessis, eoq; cynamomū ferri, arte ψo qđā ej̄ci, hoc ē car-  
nib; sub nidos positis, qbus vbi olites eas rapuerint nidos corruere memorāt̄, qđ Plin. sp̄nis  
aligeros serpētes nō admittit, sed addit̄ q̄ apud Herod. me legisse nō memini, de phenicis nido  
a quo decutiat̄ cynamomū plūbatis sagittis. Legi inq; & ea q̄ Herod. scripsit recitata, & addita pleraq; ex Aristot.  
inter q̄ illud potissimū, de h̄c plumbatis sagittis cortices festucas ve cynamomi ex nidis au-  
um. apud eūdē legi Porphyriū, decreuisse cynamomi germē Arabicū esse fruticē sīsem viti.  
eumq; q̄ illi nares admouerit, p̄ voluptate lachrymas emittere. amari aut̄ a capris, & ea de re  
puerib; emersisse in eos q̄ ardēter cōcupiscit & ψiē ψo κυναμοκον. cōsensit Philostratus in  
īn. de vita Apollonij. Cynamomū p̄bari capra, q̄ illi narib; ad moto tanq; catellus admir-  
murat, nasciq; id ad radices Caucasiae in p̄te, q̄ ad rubr̄ mare porrigit, & nouis sarmētis assi-  
milari. nasci ψo in Aethiopia voluit Plin. & a Trogloditis pari mōstrosa nauigatōe, & fruti-  
cēduo fl̄ cubito fl̄ altitudine, amplissimū, palmiq; minimū q̄tuor digitor̄ crassitudis, fo-  
lio eē origani, nec odoratū esse cū viret. ¶ Mox foeda īmisti, p̄seq; mur ea q̄ p̄cti primi occasiōe

### Cynna- momū.

Capra  
cynamo-  
mum.

deriuata sunt. ex q̄bus libido illa in foeminas, vñ & diluuiū qd accidit sexcētesimo anno. viē  
Noe, cū rupti sunt, ut Moses ait, oēs fontes abyssi magnæ, q̄ fluitatē appellauimus ex crebro  
motu, & facta est pluia sup terrā q̄ draginta diebꝫ & xl. no ētibꝫ, & perierūt aīantia terræ, re-  
mālitq̄ solus Noe, & q̄ cū eo erāt in arca. ¶ Post grāde admissum facinus, in infandæ postea  
libidinis vitiū, igne & sulphure aduersum est. ut. xix. Genes. libri capite narrat a Mose, & pte-  
rea in signū & monumētū posteris, lacū dirū natura ibi esse, vbi vrbes fuerāt, memorie pditū

est, qua de re Plin. & alij. q̄q̄ miraculi mētōem nō faciūt. q̄ inuitus q̄dammō fatei Corne-  
lius Tacitus, afferēs li. xxi. in Iu-  
dæa cāpos olim vberes, ma-  
gnisq̄ vrbibus habitatos, ful-  
minis iactu arsisse, & manere  
vestigia, terrāq̄ spē torridam  
vim frugiferā pdidisse, & alia  
q̄ ptero, clariss tñ a Julio So-  
lino explicant, q̄ scribit, lōgo  
ab Hierosolymis recessu tristē  
sinū pandi, quē de cōlo tactū  
testet humus nigra, & in cinerē  
resoluta, duo q̄ ibi oppida So-  
domū noiatū alterz, alterz Go-  
morrz, apud q̄ pomū gigni.  
q̄d habeat spēm maturitatis,  
mādi tñ nō posse, qm fuliginē  
intrinsecus fauillatiā ambitio  
tñ extremæ cutis cohīeat, &  
leui p̄ssa tactu sumū exhalet, fa-  
tiscatq̄ in vagū puluerē. ¶ Nō  
tñ. hoc foedū crimē gētes a suo  
Ioue cōmissum dixerūt, & ra-  
ptū ab eo Ganymedē, de q̄ in  
hymno sequēti p̄la, inter cōsu-  
tādas gētū vanitates. ¶ Sic ge-  
nus. epilogus qdā eo & quæ dī-  
cta sunt, ex p̄ctō primi parētis  
deriuari. Deo & noīe, nā dictū  
illi a serpēte, eritis sicut dij, quē  
locū alij al's interpretati sunt, &  
Iustinus martyr nouo qdam  
mō, ide idololatriā traxisse in-  
tiū putauit, uti al's diximus.

¶ Ignara. qñqdē ignorauit se  
decipi. ¶ Ille qdē, cā v̄o subdit  
i. dæmonis astus ex iuidia pul-  
lulās. ¶ Sed ei p̄fidus, vbi v̄o  
suspiciatus a p̄ctō, qd primus  
parēs cōmiserat, eū ip̄m peni-  
tudine posse q̄tū ad hoc ne ig-  
nē subiret eternū p̄tinebat re-  
surgere, & Christo demū i ara

Atq̄ illes a natat renouandi seminis arca  
Post grande admissum facinus, nā mascula v̄so  
Ordine naturę cupiens venus abdita claustra  
Attulit infames coitus, scelus igne piandum.  
Nec mora, nec reges, nā summo e culmine cōeli  
Sulphureusq̄ latex descēdit, & igneus hymber,  
Flāmiuomasq̄ vndas v̄sant de nubibus austri,  
Inde hoīes, pecudes, sata læta, & moenia quinę  
Vrbis in exemplū cunctis mortalibus æui  
Diruit, & tenues ignis committit in auras.  
Fœtidaq̄ infectā tellurem amplectit vnda,  
Non tamen a foedo cessatū criminē, cuius  
Authorem statuere louem, q̄ prēpete nixu  
Venantē abstulerit puerū, & supra astra locarit  
Sic genus humanū delusit p̄fidus hostis,  
Cui primēua prius mater delusa deorum  
Nomine decepit malesanū ignara maritū,  
Ille qdem indignās superas cōscendere in arces  
Humani patrem generis versutus iniuit  
Consiliū pomī, sed em qui p̄fidus hausit  
Posse ip̄m crimen lachrymas abolere calentes  
Innumerās struxit fraudes, quas p̄tinus auxit  
Vana supstitio. Nam mille in criminā diuos  
Impia deduxit fictos, templocq̄ dicauit,  
Atq̄ dei cultū usurpans, bellare tonanti  
Decernit cæsarū ouium sibi sacra parari  
Mandat, & ingentes tauros p̄cubere ad arā,  
Vtq̄ hinc fumantis fibre cōsultus haruspex  
Et pulsu & membris salientibus abdita pandat.  
Vtq̄ hoīm genus, ignarū, cupidūq̄ futuri  
Horreat aduersos subita formidine casus,  
Euentusq̄ bonos nulla ratione sequatur.  
Quis non contentus, pollutū oracula p̄ orhem  
crucisimolato, apiri cognouit cōeli ianuā, illo p̄ctō clausam, innūeras struxit fraudes, & ido-  
lolatrię scelus extulit, eadē p̄cit iuidia. ¶ Vtq̄ hīc fumantis fibre, idololatrię vitiū souit, p̄tēsa fu-  
turo & p̄scia q̄ haruspicina, & mille nugis cōtineri cōmētus ē, q̄ i hymno seq̄nti cōfutabūtur.

## HYMNVS

**¶** Quis non cōtentus, clarius aut̄, p̄sciētiæ signa p̄ mere cupiēs, oracula iñstituit, q̄ in hymno q̄ sequenti & e⁹ interpretamētis exploden̄t. Illa qdē factus ei hō ad imaginē & similitudinē dei, vt nos edocēt sacræ l̄ræ, vbi imago ibi & similitudo, sed nō ecōtra similitudinē imago conseq̄t, q̄ illā videlicet claudit in se, nec vicissim claudit. imago ȳo ad imitandū, est id ex q̄ depromit, q̄ fit ut in hoīe sit imago dei, nō tñ oīno pfecta, qm̄ lōge distat ab exemplari, quapropter auctore Thoma, sacræ l̄ræ p̄nunciāt, primogeniā oīs creaturæ imaginē dei esse pfectā illud & estima-

go pr̄lus implētē, q̄re eū imaginē nō āt ad imaginē dici, vt hō, q̄ tamēsi ppter similitudinē vocet imago, imperfectōe tñ si militidis, ad imaginē dī fact⁹ docetq; in illo imaginē esse, uti regis imago in filio eiusdem na-

**Imago** riā ȳo imaginē posse in hoīe homine. cōsiderari, scribit Tho. prīmū aptitudine naturæ, q̄ ad intelli- gendū & amādū deū est p̄dis- tus. Secundū (ut ei⁹ vtar ȳbo) cōformitate gr̄æ, cū actu habi- tuve ipum deū cognoscit & amat. Tertiū gl̄iae similitudine, dū actu ipo deū cognoscit, a- matq; pfecte, nō aut̄ solū ad imaginē dei, q̄ ad naturā diui- nā p̄tinet factū hoīem censem̄ theologi, sed q̄ ad trinitatē etiā psonar̄. **¶** Qua trinū inuitus, hoc em̄ qd dicimus hoīem fa- cīt ad imaginē dei, ostēdi p̄so- nar̄ diuinar̄ pluralitatē cēsi.

it Hilarius, in. iiiij. li. de trinitate, & Tho. censuit, q̄ ad similitudinē diuinæ p̄tinet naturæ, videri res creatas q̄ rōe pollēt imitari deū, nō solū eo q̄ sunt, qd̄ viuūt, sed eo etiā q̄ intelligūt. qd̄ ȳo attinet ad psonar̄ trinitatē, quēadmodū ybū ēa dicēt, & amor ab vtroq;, ita in eis p̄duci ybū ab intellectu, & amorē in volūtate. sed nō mō mēs ipa deū per imaginē imitāt, sed & in rebo nō aiatis mō, sed rōe carētib⁹, imagi⁹ yestigij & effectus cuiusdē- rō cōspicit, eo em̄ q̄ substatiā suis limitibus clausam possidēt, a principio qdā pēdere vident̄ eo & q̄ forma faciētis ybū indicat, ut domus forma, cōceptū mōstrat artificis, ordo ȳo p̄du- cētis amorē, p̄ se fert q̄ effec⁹ dirigit ad bonū, sicuti viso ædificio artificis, volūtas agnoscit. **¶** Dū meminit mens ipa. Dictū est de imagine & similitudine trinitatis, q̄ scđm mentē est, sed q̄ niā ipius mētis & potētiae sunt & actus & habitus, suspicari posset q̄ sp̄ia, quo pacto cōside- rati ipa imago deberet. Thomas eā modis oībus cōsiderādū cēset, sed ab actib⁹ potissimum, cū ex noticia quā habemus interius, formamus ybū, & ex hoc in amore p̄cipimus, nō no- stri aut̄ rei alterius p̄ter deū. Siqdem Augustin. xiij. de trinitate lib. scribit nō ppter ea dei ima- ginē esse in mēte, q̄ sui illa meminit, secq; diligit & intelligit, sed qm̄ deū a quo facta est, memi- nisse, intelligere, & amare p̄t, quo factū, ut cēluerit Thom. diuinā ipam imaginē, cōsiderari in hoīe scđm ybum de noticia dei cōceptū, & amorē exinde deriuatū, possumus aut̄ dei quan- dā imaginē in anima cōtueri. Nā dū mens sui meminit, patrē referre p̄t, dū se intelligit, filiū, dū amat sp̄m scđm. qd̄ & August. ip̄e in eodē, quē supra citauimus de trinitate, libro disseruit. Mēs inq̄t meminit sui, intelligit se, & diligit se, hoc si cernimus, cernimus trinitatē, nō dum qd̄em de- um, sed iam imaginē dei, quare ut ait Thomas, mens nō ob id in seipam absolute fert, sed ex eo potest in deum ferri. **¶** Disperdere, non secundum substantiam, nam hoc fieri ab eo

Plurima diffudit, pauci q̄bus æthere ab alto

Illuxit verum, pauci quibus impia sortis.

Carmina cū modulis nō imposuere maligne,

Carmina q̄ suruis dæmon fundebat ab antris.

Luderet vt domitū varijs ambagibus orbem,

Et genus humanū directo tramite nunq;

Duceret ad cēlī secreta palatia coeli

Quę tua de triplici flāma splendescit imago

Illa qd̄em primo nobis quę assistit abortu,

Qua trinū inuitus testat quisq; tonātem.

Nā te sancte pater memores excepiimus. & te

Hausimus o genite omnipotens rōne capaci,

Te quoq; supremū flamē magno ipete amoris

Excolimus, trinūq; deū veneramur & vnum

Dum meminit mens ipa sui notat illa parētem.

Atcq; refert natū dum cogitat, afflat amorem

Dum cupid, atcq; tui, sic trina resultat imago.

Summe parens, nullo genitus æterna potestas

Et vero semp verum de lumine lumen,

Atcq; horum æterno sacrū spiramine flamen,

non potest, sed secundum actus quibus diximus, deum a nobis considerari. ¶ Atque homin simulachra quoadmodum de ab Apolo in epista ad Romanos, commutasse gentes inuisibilis dei gloriam in similitudine quadrupedum & serpentium. ¶ Syrius pries. Abramus qui ex Chaldea perfectus. Syria autem & Assyria, & Chaldeasibi inuicem noia quoniam cesserunt, & Syriae nomine pro Asyria, secundum varias acceptiores comprehendit, ut in interpretatione sequentis hymni prophetie. huic autem Abramo datum est prophetie liber me. ¶ Quicunque ferunt facto sacrificio, quod deus impauit Abramam, ut. xv. Genesis capite scriptum est. Pepigit ergo Moses in illa die secundum cum Abram dices, semini tuo dabo terram a fluvio Aegypti usque ad flumen magnum Euphraten, & qui sequuntur. ¶ Te unum agnouit, quoniam tres vident & unum adorauit, in conuale Mambre ad hostium tabernaculi, de quo in sequenti hymno dicturi etiam sumus. illa vero apparitione non solus in trinitate unitate esset, sed venturus etiam Christus in dicauit, quoniam ut Thomas, & in prima & in tertia parte summae theologicae decernit, & in questionibus etiam de potestate dei. Omnis angelorum apparitione in veteri testamento ordinabatur ad apparitionem filii dei in carne. Diximus autem beatum Vallen, ob divinam apparitionem, unde & Mosi cum rubi visione aspexit, perceptum est, ut solueret calciamentum de pedibus suis. locus enim (ingrediens ad eum) vestigia terra sancta est. Beatus

Hanc speciem aeterni vultus dispdere daemon  
Dum parat, atque homin simulacra, & mille figurae  
Quadrupedum, teplis, lucis, aristis reponit,  
Consul omnipotens orbi, per quoniam intima lapsus  
Lumine collustras Syrius praecordia patris,  
Qui tecum ferunt foedus, qui valle beata  
Te unum agnouit tria sub imagine regem.  
Hinc natum illustras fecit cui nomina risus,  
Et qui nascenti strinxit vestigia fratri,  
Et pauit socii pecudes deuinctus amore  
Coniugis, & luxit natum, quem forte pemptum  
Dum credit Nilo imperitat, regemque superbum  
Aegyptum regit, solo dominatus in ipso,  
Mox illum inflamas Pharij qui in fluminis alveo  
Delituit iuncto intexto conclusus, & haeres  
Reginam ascitus, nomenque assumpsit ab undis  
At tandem celo genitum demittis olympos  
Flamineque matre ingrediens, & virginis aluum  
Oclusam linquens, nostram in carne fideliter  
Monstrauitque homin turbam, tecum ipse retexit  
Una trias, victorique suam remeauit ad arcem.  
De quo iam superest numerolum subdere carmen,  
sa, sed spe duxerat coelestes esse diuitias assecutus, idque per eo accipi, quoniam & bene auctum accipimus, studi  
os in lingua latine perdidere. Fecit cui noia risus. Abramus diximus a deo superno lumine collu-  
stratum, iterum tot gentium tenebras. Num & de filio idem dicimus, cui nomen Isaco fuit, quod significat nasci-  
sum. dixit ei Sara, auctore Mose. xxi. Genesios capitulo risum fecit mihi deus, & quoniam audierit, cor  
ridebit mihi, rursusque ait. Quis auditurus crederet Abramam? Sara lactaret filium, quem pepit ei iam  
seni. ¶ Et qui nascetur. Iacobus filius intelligimus, qui Esau fratris nascetur, nam gemelli erant, plantarum  
manu tenebat egrediens. hic seruauit sacerdos. xiiij. annis amore coniugis, & Iosephum quem pemptum  
putabat, Aegypto residere compit, nota historia est ex sacro Genesis libro. Mox illum flammis. Regi  
limus priarchas illos unius veri dei cultores, anno legi scripta, nunc & Mosem qui dei percepto legem  
tulit, adducimus, qui in fiscella conclusus, & in ripa flumis expositus, a Pharaonis filia, in filio locum  
adoptatus, & quoniam ex aqua elatus est, Moses nuncupatus, ut ex. iiij. Sacre Exodi causa legere potes. ¶ At  
tandem secundum illud Apollini. At ubi venit plenitudo spiritus, misit deus filium suum, factum sub lege, ut eos qui  
sub lege erant redimeret, ut ad optimum filiorum recipemus. itaque unigenitus filius dei, despicio factum  
conceptus, & de Maria virginie natus, qui in puto quoniam & post puto virginem permanebat, alio clausa, hoc est fore  
mineo genere Vergilius curuam aluitque canit, etiam Plautus masculino genere id perulit. aluitque vterum ve-  
clam relinquens in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, & trinitatem etiamissimam, quoniam trias a gra-  
cis dicitur discipulos docuit, & cum demone bellauit & vicit, & morte de morte triumphauit, & vi-  
ctor in celum ascendit, de quo in hymno sequenti latius, ipso operiferente, differemus.

TELOS.

Syria,

Beatus

Isacus.

Moses

Alius

D iii

## HYMNVS

¶ Io. Francisci Pici Mirandulæ domin & Concordiæ comitis, in eum  
quem Christo cecinithymnū interpretamenta. Io. Thomæ filio dicata.

¶ Quoniam in fronte prioris hymni, præfati sumus omnia, quæ & omnibus simul hymnis, & huic maxime prænoscenda erant, ipsum enarrare aggrediemur. ¶ En rapit de diuinis rebus locuturo, opus est ut a sensibus eleuet. multæ autem eleuatōis species, inter quas raptus

Eleuatōis  
spes rapt.

præcellit ut ab alijs dictum, &  
ponitur tanq̄ gradus, & exfir-  
me & quadam quasi admirati-  
one consurgit, quæ amore fo-  
uetur & augescit. alia tamē spe-  
cies raptus apud Aristotelem

in. viij. Politicorū lib. ponit. id  
est affectio animæ circa more  
& abstractio. ¶ Ardentem sup  
æthera. Rapit numen sup ar-  
dorem æthera, sup ignem sup  
mum, inter elemēta generatio-  
ni & corruptōi obnoxia, æther

aliquando p aeris pte puriore sumit, sic Cicero in primo de natura deorū cū ait. Nam locus q  
dem his etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuīq; pprius, ut terra insimū teneat, hanc  
inundat aqua, supnum æther ignibus altissima ora reddat. & Verg. Tum pater omnipotens

fœcūdis hymbrībus æther. p igne etiānum potest accipisupmo elemēto, & lunari globo p-  
ximo. Dicebat aut̄ æther, & masculino olim & fœminino gñe, nūc masculino tm̄ pferit, æ-  
thra fœmino, vñ prius nos in elegia, ut aeris clauerit æthra globū. Nūc masculino pñtia-  
uimus ætherē, dictū ab ardore, ut alij voluerit. i. ab αθεται ut Aрист. ab αθει, quod est sp

currere sup eī itaq; dicimus rapi a riumine. ¶ Mente sublatā ab hūanis vincis. i. a spū diuino  
rapi. dan̄ em̄ in diuina cognitōe gradus, quare primo diximus mētem a corpe sublatā, mox  
sup æthera raptā, flaminī aut̄ & spū id opus tribuit, cui sc̄ificādi munus adscribit, q̄q̄ indi-  
uisa sint trinitatis sc̄issimæ opa, quo ad res creatas p̄tinet. ¶ Numēqd̄ significet, in priori dixi-

mus, & hoc etiā loco p id intelligimus diuinitatē, q̄ trib̄ inest psonis, & de vnaq; deus p̄dica  
tur, nā dicimus pater est deus, filius est deus, spūst̄ est deus. & tres psonas vñ deū affirmā-  
mus. Numē quoq; de qualibet psona dici potest, in quo significato etiā sumptū, nam de filio

q̄ & deus est, numēdictū est. Dicit̄ at̄. ¶ Trinū numē vñ cōi, ternū em̄ & trinū idē significat, sed  
hoc est receptū magis. Nā deus trinus & vñus d̄, trinus psonis, vñus essentia, de q̄ re in hym-  
no supiore multa, & q̄q̄ ternū in vñ s̄epius auctoꝝ latinæ linguaꝝ, tñ & qñq̄ trinū. Propt̄

us. Armaꝝ de ducibꝝ trina recepta trib̄, & Nemelianus. Nā me iom̄ trini petierit ordine So-  
les. & iter. Nulla mē trinis tetigerit grama vaccæ Luciferis, nulloq; biberit amne liq̄res.  
quo etiā vocabulo frequēter vñus est Ausoni. in Griffo. & Sene. etiā in Hyppolito. trina vo-  
ta noſat. Ut Vergiliū p̄tere in. viij. canentē. Trina arma mouenda. Ternū itē tametsi idē qd̄

& trinū significet alio etiā significatu sumit, rapit itaq; numē mente sublatā, erectā, eleuatā ab  
humanis vincis, a corporis sensibꝝ, a terrenis cogitatibus. ¶ Flamine. spū in ecc̄la flaminis fre-  
quēs mētio, vñ & baptismus flamis, nā flamē & spū idē significat, alterꝝ afſlādo, alterꝝ a spirā

do & de spūst̄ pferit, q̄ patris & filij spiratōe pcedit, & noſtras mētes a sensibus eleuat, gratiā  
q̄ pflat & infundit. vñ ecc̄la nostra ad deū vñ bafaciēs īngt. Deus q̄ corda fideliū sc̄is pñt illu-  
stratōe docuisti, cui qdē nil p̄t resistere, cū vult obices criminū reuellere, vñ & de illo itē dictū &

q̄ nescittarda molimina. idē q̄q̄ trinitatis opa in his q̄ ad inferiora & res creatas p̄tinet, indi-  
uisa sunt) euocare mentē d̄ a sensibus, q̄ p hūana vincis, q̄ illa. s. p̄pediūt designant̄. de q̄ sensu

Apls. Video aliā legē in mēbris meis, repugnatēlegi mētis mē, & captiuantē me in lege p̄tē  
q̄propter illā p̄ tyrannū exp̄ssimus. ¶ Sublatā flamine. Casus ē septimus, de q̄ Serui. & Dio-  
me. plura. Nā abltū ē sine p̄positōe. p̄tere a syncopē figura est vincis, p̄ vinculis, a qbus subla-  
tā diximus aīam, q̄ tametsi in corpe manet, volucrit̄ cōtēplatōe ad eterna cōscēdit & inarde-  
scit, quēadmodū in. Psal. scriptū ē, & ī meditatōe mea exardestit ignis. Has at̄ figurās & tropos

Aether

Numen.

Ternum  
Trinum.

Flamen

loquēdī, nō explicabimus, qm̄ te in grāmaticorū & rhetorū monumētis didicisse, qd ad hoc genus līarū p̄tinet, putamus. Innuemūs āt qn̄q; nec ab re, qn̄ eiusmodi etiā līarū rudimēta, iſi gnis auctor Cassiodor. in cōmīt. in Psalm. frequētissime citauit. ¶ Sæuo tyrāno, nā q̄diu non hæret aia deo glutine fidei, a q̄ spes & amor q̄dam mō pendēt a ſenu, q̄q; molli & illecebroſo oppugnat, & qn̄q; in ſeruitutē redigit tyrānicā, q̄ ei (ut in euāgel. ſcriptū eſt) facit p̄ctū ſeriuuſ eſt p̄ctū. qd trāſmittit in ſeruitutē Dæmonis violētissimtyrāni. Tyrānus āt eo diſſerta re. Tyrānus

Mox placidā ſieri rutilanti lampade pacem

Nacta, procellosas nubes diſiecit amoris

ge, q̄ hic ad ſubditi populi, ille Rex  
ad p̄priū cōmodū rē curat &  
administrat. ita Aristot. phūs,  
& q̄ eō doctrinā ſecuti ſunt the-

ologī, decreuere, q̄uis antiquus nō nulli p̄ tyrāno regē intelligebāt, q̄rū exēplo Vergil. cecinit. Pars mihi pacis erit dextrā tetigisse tyrāni. & Euripidis extat in hīc p̄pōlitū ȳſus, quē in Isago-  
gico vſurpauit Porphyri. πρωτον μεν ειδος αξιον τυχαννιδος. priū qdē ſpēs digna ē  
tyrānidē, q̄q; prae legi ſolet priami p̄ primū, Zezeſ ſycophronē, quē enarrat hac i re, ſicuti  
in alijs plerisq; rep̄hēdit. eo q̄ Lao medonte κοιρανον appellari, cū βασιλεω dicere debuiffet  
aut τυχαννον. eum āt eſſe cceranōn q̄ violēter dñat. Regē ȳo q̄ legitime & iuste p̄ſit. κοιρανοſ  
em inq̄t οιλακτορ. oſtēdiāt diſſerētia Orphica ſnia eſtai. ιαντις ανης κοιρανοſ κ. τυχαν  
νοſ κ. βαſουλευſ τημοſ εισ ουρανον iſetaxioiπκν. Homeruſ cceranō, diſtinxit a rege cū ea  
ſniā, ptulit, quā vſurpauit libēter Aриſto. in prima phia εισ κοιρανοſ 150 εισ βαſouλευſ.  
qbus ex ȳbis (ut mihi videt) nō in malā ptem cceranō ſumpſit, ſed vtcūq; ſit, vſus obtinuit.  
tyrannū in malā pte ſp accipi, & eū ſignificare, q̄ poſthabito & neglecto oī aliorū cōmodo. ſi  
bñp̄ ſidū taxat, pſpicit, & ppria mētis cupidine dñat, q̄ igit ſenſui inſeruit, in p̄ctū & tyrāni dæ-  
monis ſeruientē redigit. ¶ Sub pondere molli. diſtū eſt ideo q̄ deprimere dī ſenſus abaliena-  
tā a rebus diuinis mentē, nō qdē rigore ſed molliciā, q̄ poſtea nō mollia mitiave, ſed. ¶ Aſpa-  
bella. infeſunt aīæ q̄ niſi magna ſibi cura cōſulat, aſæuo tyrāno labefactat. ſæuo inq̄ crudeli-  
atq; etiā magno, vtroq; em ſignificatu p̄fert, primo omnes, ſecūdo Ennius apud Seruū. in-  
ducta fuſt ſæua ſtola. & Verg. de Pio Aenea dixit, maternis ſæuus in armis. ¶ Tilit ptulit. fe-  
ro polyſemū ȳbum eſt. eo em multa ſignificant porto. cupio, patior, pduco, cætera. ¶ Mox  
quæ vero mens excuſſo iugo ſeruitutis dæmoniacæ deo hæret, in libertatē afferit. ¶ Nacta, Nācifor  
adepta, conſecuta. Nancisci autem (vt Aelius Donatus) censet, ppriedit q̄ paraſ ad tenen-  
dum anteq; poſſit reprequod teneat, ſtatim quod occurrat apphendit, itaq; mens illuſtrata  
ſupo lumine, veri boniq; ſitiens, fidem nancisci, & pacem animi, pacem placidā, qm̄ iugum  
Christi, ut ip̄met affirmat, ſuaue eſt & onus leue. ¶ Lampade fidei rutilanti qd̄ iugū fidei bñſi  
cio ſubimus, ex q̄ fide lāpas rutila nobis adeſt, q̄ ſplēdore & calore mente illuſtrat, & acce-  
dit. cuius viribus diſſciunt vani amoris crebra phāſa ſmata. ¶ Procellosas nubes. q̄ noīe pcel  
loſa & nubiū vocitant. ¶ Et ad magni pducta. p̄priū ē amoris ponere, qdammō & veluti trāſ  
formare amantēam amatū, q̄re ſi expulſus fuerit prauius amor & bonus accersitus, eo aīa q̄ſi  
transformaſ. & eo pducif, ad quē amat, ibi q̄ affectu morat. iuxta illud euāgelicū. Vbi eſt the-  
ſaurus tuuſ, ibi & cortū erit. ¶ Impete. Metaplaſmus eſt, antithesis aut ātiptōſis, ſi Lutatio. & Impete  
dimuſ, ni maculatus eſt codex, p impetu vt̄ ea dictōne ſæpe Lucretius. Quālibet in ptem tra-  
dunt res ante ruuntq; Impetibus crebris, & alibi. Aut hominōm tanto membrorum ex impe-  
te natuſ. mox ex eo plurimi ſumpſere. Cæterę non ſine ratōne philoſophica impetuū cita-  
uimus, nam intellectus reꝝ imagines intelligendo, in ſe ſuſcipit, volūtas amādo in rem tendit  
amat. & impetuosior multo volūtas, ex qua naſciſt amor, q̄, ut diuinus ait Dionyſius, ecſta-  
ſim facit. idem in Phædro Platonis, a fortitudine quadā & vehemētia nomē ſortitus dī, & in  
fabulis q̄q; ferebaſ ab amore furia Erinym adamatā, ut amoris impetuū exprimeret. eoꝝ q̄ in  
ſane depereſt. Multæ āt amoris ſpēs. nā p̄ter amore, q̄ deus ſe p̄m amat, & de q̄ ad p̄ns ȳba  
nō facimus, & terreni & diuini amoris apud noſtros theologos frequētissima mētio. & apud  
Platonē & Platonicos diuersi amores, quoꝝ matres diuersi & quoꝝ Veneres dñr, & alterā ex  
Ioue, alteram de ſpuma maris educūt, ut ſub fabularum inuolucris quod fuit illis gratiſſi-  
mum ſecretorum dogmatum rōnem obnuberenſ. p̄ures Veneres apud Ciceronē legunt, &  
Augustinus noſter aduersus gentes diſputans, tres quoq; Veneres collegit. Orpheus āt hym-  
no in Venerem multos vni Veneri amores ſubmisit, in hymno tamē in amorem caſtum il-  
lum vocauit, & duplicit natura dumtaxat, quem aliud crotoniata Orpheus in Argonautico  
locutus dixit Λιφυη περιστερα κυανογέρωτα, vt præter ſenſilem amorem intelligibile eti-

## HYMNVS

am innueret, sed quia id obscure dicebatur multis admisit fabulis, propterea puto Proclum philosophum Platonicū in hymno suo in Lyciam Venerem cōiugium & hymenæum intellectilem expressisse canendo συμβολεχον νοεροι γαμουνοερον υμεναιων, sed de de sensili amore mentio frequentior apud poetas, quem finxerunt puerum alatum, nudum sagittiferum, ex affectibus amantium, quoniam mutabilis sēpenumero instar puerilis appetitus (ut inquit Aphrodisaeus) & imperfectæ cognitionis (ut voluit Phurnutus) & tolluntur præter hæc in altum, veluti volucres amantium desideria, & radios emittunt veluti sagittas ex oculis, ex quibus Musæus

**Amoris effigies.**

Impete, & ad magni pducta est regna tonantis.  
Quē postq̄ triplici dudū speculata sub vmbra,

**Amor castus.**

vulnus lubrice labi dixit ad vscq; precordia. Nude quoq; & apte suos promunt affectus, qui capti sunt amore. Sed hæc instabilis & vani cupidinis conditōnes. Certe philosophi vetustiores, castum amorem & ab omni turpitudine remotum putabant, cuius statua in gymnasij ponebatur inter Mercurium & Herculem, quorum alterum rationis, alterum roboris deum autumabant. Zenon & ipse Citieus, ut Pontianus refert apud Athenæum, putauit amorem deum esse amicitiae & liberalitatis. itemq; Cretenses, ut Sisicates mandauit historiæ, Samijs q; q; auctore Erxia gymnasium ipsi constituerunt amori. Thespisj quoq; cupidinea celebrabat, ut Atheniæs palladia, Elienses olympia, phæbea Rhodij. Qui vero lasciuium coluerūt amorem, incessuntur græco epigrammate, inter quæ dicitur, amorem deum non esse, quoniam malum a deo non proficiunt. hunc autem videlicet amorem humano gaudere sanguine, ita ille author versibus ΤΗΣ ΘΕΩΝ ΕΙΠΕΥ Ερετοτα θεον καικον ουδεν ορθωμεν εξγον οστανερο. ΠΑΝ ομητη μεταλλει. Origenes autem vnum dumtaxat amorem visus est in Cantorum commentarijs ponere, qui ex re videlicet amata, naturam sumat & nomen, ita enim ille Hieronymo interprete.. Vnus de animæ motibus amor est, quo bene vtimur ad amandum si sapientiam amemus & veritatem. quando vero amor noster in peiora conuertitur, amamus carnem & sanguinem. Nec aliud ipse sensisse Plato nō existimo, cuius ille omnia sensa fuerat assecutus, ut scripsit Porphyrius (q; q; eius hostis) utpote q; rerum quæ amātur diuersitate diuersa cognomina sortiretur amor, hinc etiam Lucianus cecinit ab amore non lædi genus humānum, sed eo dumtaxat occasionem scelestibus animis præstari. Illud autem aduertendū, amorem in vniuersum cum dicimus intelligere desiderium eius, q; aut bonum est, aut bonum q; q; non est, nihilominus apparet, quapropter ex diuersitate rerum quas appetimus, diuersi amores enascuntur, vnde & sensibus & intellectibus amor. Vnde & duplicitis (ut arbitror) cupidinis mentio, apud Senecam Tragicum. Apud quem & illud. Concinittædas geminas cupido. Ceterum amant omnia deum quæ ipse creavit, etiam inanima. deus itē omnia quæ fecit amat, sed diuersi h<sup>9</sup> amoris diuersa rō, nā ille reamata nō idiget, oēs alij q; q; amāt egēt amo to alioq; nulla causa desiderij. Sic illa quæ cognitōe deum amant, suam perfectionem desiderant, & votis obsecrant, quæ vero cognitione parent, in eum quoquomodo feruntur inclinatione naturæ, ut Thomas, ut alij, vt nos etiam ipsi aliquando monstrauimus, idq; intellexisse Aristotelem facile putauerimus, cum in primo Ethicorum libro scripsit, bonum esse quod appeterent omnia. & ante nos idipsum credidit Ioannes Patruus, in libris quos lingua vernacula de amore ex Platonis dogmate, composuit, sic & qui res inferiores concupiscunt, q; egent, illas desiderant. Vnde & Plato in Symposium, desiniuit amorem, desiderium pulchritudinis, & consentaneo Plotinus putauit, amorem a visione deduci εξασ enim amor ορθος visio, sed illa Platonis definitio, speciei est, non generis, nam quicumq; desiderant ob pulchritudinem, minime desiderat, nec amicitia pulchritudinis sp̄ desideriū est, nec ambitio, nec auaritia, nec pietas, & ita in religijs. Sed cum deus summum bonum sit, omni alia re trahere vehementius ad sui amorem potest, ideo quod initio diximus facere ecstasim illius amorem Dionysius Ariopagita sanxit, quapropter impetus vocabulo vñfuius. ¶ Et ad magni. tanta at amoris vis, ut in cœlū ad deū ipm fruendū pducat, eumq; tonante diximus, more veteris scribentij carmina, q; nec absq; rōne ducebant, si quē deum putabā fulminū, etiā & tonitruū causam putarēt. Sedulius quoq; q; de vñ religione carmina cudit, & cœli inq; de nube tonat. ¶ Quem postq; triplici, tanta est inter deū & humanū intellectū distantia, ut infinitū sit intersti-

ciūm. & q̄a sensus deorsum trahit, libere & sincere deo in hac vita frui non datur. quod q̄dem  
in alia concedet. sed nec pfecte nunc illū intelligere quimus, tum q̄a intellectus noster infimus  
& se habet Aristotele auctore, ad manifesta naturæ, ut noctuæ oculus ad solem cōspiciendū.  
tum q̄a ut Aristoteles idē, & experientia docet, phāsa m̄ata intelligentē comitant̄. Ita sit ut cōmo  
nemur vnde quaq; p̄cip̄e. qd̄ in sacris l̄ris deo scribit̄, sc̄d̄ in hebreā l̄ram, posuit tenebras la  
tibulū suū, ad cuius imitatio  
nē (ut opinor) Orpheus in ea  
hymni pte, q̄ a Iustino marty  
re citat̄, ita canit me interprete.  
Quē neq; cōspicio tectū caligi  
ne densa, caliginē q̄q; sed mul  
to lucidiorē Dionysius Areo  
pagita vestigās, ad eam in lib  
de mystica theologia Timo

Gestijt audaci præconia dia susurro  
Nectere, coenosa quantū caligine septæ  
Fas fuit, ad Christi laudes nūc tollit amplas  
Rex summe æternis oboles æterna parentis

theū in uitat. dictū igit̄ est q̄ sub vmbra specula deum mens nostra, vmbra inq̄ tripli, ppte  
rea q̄ trinitatis imago in animis nostris est, & vestigiū etiā in rebus alijs elucet, sed illā veluti q̄  
dam vmbra representat, de q̄bus apud theologos in primo cōmentario in ſīnas, multa di  
ſputata sunt, nec sine cōtrouersia, qñ alijs imaginē sub alia rōne cōſideret q̄ priores efficerit, p  
ter illos yō. Io. Patruius, q̄ eo quo tu es natus anno de vita deceſſit, in heptaplo ſua, aliū ima  
ginis modū retulit, nos aliū addidimus in libris quos de p̄notōe re, p veritate religionis, ad  
uersus vanitatē ſupſtitio nūt, ſcripſimus. ¶ Gestijt. Ex ſpeculatōe aut̄ desideriū accendit, pm̄di obitus  
ea q̄ nota ſunt, ideo dictū a nobis gestijt audiātē exprim̄tibus, gestire em̄ ardēter tētare, adeo  
ut corporis gestu animi desideriū monſtre. Verg. ſtudio gestire lauādi dixit, & Donatus voluit  
ut gestire ſit motu corporis mōſtrare qd̄ ſentias. tāta igit̄ volūtatis ppenſio, ut etiā corpus mo  
uerit ad reddēdū ip̄i deo ſacrificiū laudis, magis audacter q̄ dignē, ideo ſubītiḡt gestijt. ¶ Au  
daci. gestijt aut̄, p gestiuit ſyncopæ poetica. ¶ Præconia. laudes publicas. ¶ Dia. grēciū vocabu  
lū eſt, & ſignificat generofa, auctore Seruio, latinis tñ antiq̄ in vſu, & iþo etiā Vergilio, ety. Dia  
mologiā nōnulli & πο τον Αιος duxere, ſed ei grāmatico nō ſatiſſaciūt, qm̄ Αιος correpta  
prima efferi, dia yō pducit, lucis yō prima pducta eſt, lucerna tñ primā corripit. ¶ Susurro.  
alluſio fit ad illud Grægorij, balbutiēdo ut poſſumus excelsa dei reſonamus, id āt audaci ſuſur  
ro, Tapinosis figura eſt, q̄ humili vocabulo rem amplā exprimit. Serui. Donat. Diomed. cæ  
teri, ¶ Cœnoſaquātū fas fuit. i. q̄tū liſet mortali, & ſensuſ, & mūdi, & dæmonis lucta ac tene  
bris ignorātiæ ppedito. dī aut̄ fas mihi hoc facere, ut Verg. Fas mihi Graio ſacrata reſolute  
re iura. & etiā fas me hoc facere, idē. Et nos fas extera q̄rere regna. ¶ Ad laudes Christi. Postq̄  
de prima dictū eleuarōe, qd̄ iſta p̄ns ſibi velit oſtēdit. i. priorē raptū ad p̄conia trinitatis. ſcd̄ in  
hūc ip̄m ad Christi laudes p̄tinere, & eodē ſpū mētem primo ſublatā, nūc etiā tolli, & ideo ſub  
iectū eſt, ad Christi laudes. ¶ Nūc tollit amplas. fit deinde ad Christū iuocatio. ¶ Rex summe.  
Rex em̄ eſt cōeli, terræ, aeris, aquæ, & re, oīm cōdita. ſummi aut̄ ei appellatio cōuenit, tū q̄a  
deus eſt, tū q̄a, ut diuina decernūt eloqua, princeps eſt oīm regū terræ, & iudex viuo ſe & mor  
tuor, æternis oboles, ſecūda pſona cōfīſſimæ trinitatis filius dī, q̄ & deus eſt, & ſobolis ei nū  
cupatio tribuit & plis, q̄ dictio theologis in vſu eſt. ſic & diuina etiā ppago deifilius nūcupa  
tur, tametiſi ples, ſoboles, & ppago, q̄tū ad originē ſpectat vocabuli, Christo hōi magis con  
gruat, ex Mariæ viginis ſanguine, ppagato, ſed qm̄ Christi nomē in diuia ſiſ & hūana natura,  
vnū ſuppoſitū denotat, ut Parisiēſ theologi dicūt, ea, ppter ei coaptat appellatio ſobolis:  
quēadmodū & plis, ut in atiq̄ ſe etiā theologor, monumētis cernit, q̄ppe Leo pōtifex de Chri  
ſti natuſtate diſſerēs ait. Hic em̄ mirabilis ſacrē ygis p̄tus, y e hūanā, y e diuina vna edidit ple  
naturam. Apud eundem quoq; ſobolis nomen alio loco cum ait ſimul enim per ſpiritum  
ſanctum ſe cōdata virginitas, ſine corrptionis veſtigio edidit, & ſui generis ſobolem, & ſue  
ſtipis auctorem. ¶ Aeterna parentis. æterna vero quoniam æternus eſt pater, æternus fili  
us, æternus ſpiritus ſanctus. Siquidem ante tempus & æuum. Deus pater filium deum genu  
it, & ab utroque ſpiritus ſanctus, qui & deus eſt proceſſit, æterna ille generatione natus.  
hic æterna utriusque ſpiratione procedens. Nec tamē ob id tres dī, aut tres æterni ha  
bentur, ſed vnuſ eſt deus æternus, tres ſcīlēt personæ, & vna prorsus eſſentia. Figura au  
tem quæ anaphora dicitur ſiue relatio, exprimit illis verbis, æterni parētis, æterna ſoboles:

## HYMNVS

